

CAPUT IV.

Quid sint Sacramentalia, et quid efficiant.

90. *Quid et quae sint sacramentalia.* — 91. *An sacramentalia vim habeant ex opere operato.* — 92. *Quomodo per sacramentalia remittantur peccata.* — 93. *Plura notanda.* — 94. *De usu Agnorum Dei, aquae benedictae et similium.*

Sacramentalia, quid.

90. — « Resp. I^o. Caeremoniae ecclesiae sticae quae vulgo dicuntur sacramentalia sunt actus externi religionis ad colendum Deum accommodati. — Tales autem communiter vocantur oratio dominica, aqua benedicta, esus eulogiarum olim in usu, confessio generalis, elemosyna, benedictio ab episcopo vel ab abbate consecrato data: quae ex antiqua traditione dicuntur remittere venialia, et continentur hoc versu:

« Orans, tinctus, edens, confessus, dans, benedictus.

« Ad quae etiam revocantur tonsio pectoris, unctio in regem et similes. Item multae aliae caeremoniae et res etiam ipsae sacrae, quae in Ecclesia partim ab Apostolis traditae, partim postea institutae sunt, ut exorcismi, insufflationes, prima tonsura, benedictiones et consecrationes variarum rerum et personarum, ut ecclesiae, calicum, etc.; ipsae etiam herbae, lumina, vinum S. Joannis, cerei agni, signum sanctae crucis.

« Quae etiam revocantur tonsio pectoris, unctio in regem et similes. Item multae aliae caeremoniae et res etiam ipsae sacrae, quae in Ecclesia partim ab Apostolis traditae, partim postea institutae sunt, ut exorcismi, insufflationes, prima tonsura, benedictiones et consecrationes variarum rerum et personarum, ut ecclesiae, calicum, etc.; ipsae etiam herbae, lumina, vinum S. Joannis, cerei agni, signum sanctae crucis.

« Quae etiam revocantur tonsio pectoris, unctio in regem et similes. Item multae aliae caeremoniae et res etiam ipsae sacrae, quae in Ecclesia partim ab Apostolis traditae, partim postea institutae sunt, ut exorcismi, insufflationes, prima tonsura, benedictiones et consecrationes variarum rerum et personarum, ut ecclesiae, calicum, etc.; ipsae etiam herbae, lumina, vinum S. Joannis, cerei agni, signum sanctae crucis.

Eorum virtus ad remittenda venialia.

91. — « Resp. II^o. Non habent vim ex opere operato conferendi gratiam aut remittendi peccata vi sua et per se; sed tantum quatenus in nobis pium motum excitant. — Ratio prioris est: tum quia nusquam promissio gratiae aut remissionis peccatorum iis facta reperitur; tum quia peccatum etiam veniale non remittitur sine infusione gratiae, quam conferendi ea nullam per se habent vim.

« — Ratio posterioris, quia id accommodatum est sacramentalium institutioni et consecrationi, quae fit per preces Ecclesiae, quibus ipsa nobis tales motus precatur. — Coninck¹ ».

92. — Quae etiam revocantur tonsio pectoris, unctio in regem et similes. Item multae aliae caeremoniae et res etiam ipsae sacrae, quae in Ecclesia partim ab Apostolis traditae, partim postea institutae sunt, ut exorcismi, insufflationes, prima tonsura, benedictiones et consecrationes variarum rerum et personarum, ut ecclesiae, calicum, etc.; ipsae etiam herbae, lumina, vinum S. Joannis, cerei agni, signum sanctae crucis.

Prima sententia cum Soto, Valentia, Ledesma, Victoria, etc., apud Croix², dicit, sacramentalia ex institutione Ecclesiae vim habere venialia remittendi ex opere operato; quia sacramentalia semper venialia remittunt, etsi non semper in nobis pium motum excitent.

Secunda tamen communior et verior sententia cum [Contin.] Tournely³, Wiggand⁴, S. Thoma, Lugo, Suarez, Busenbaum, Croix⁵, Viva⁶, tenet per sacramentalia non remitti venialia ex opere operato; sed tantum quia per ea pium motus doloris aut caritatis in nobis excitatur, quo venialia remittuntur. Idemque expresse docet D. Thomas⁷, ubi ait: *Omnia ista causant remissionem peccatorum venialium in quantum inclinant animam ad motum poenitentiae, qui est detestatio peccatorum, implicite vel explicite.* — Hinc omnibus fidelibus consultum fit, post sumptionem aquae benedictae, etc., se excitare ad actum doloris sive amoris.

« Unde resolves:

93. — « 1^o. Gratiae praevenientes et pii motus conferuntur per sacramentalia, per modum impetrationis, quae non omnino infallibilem effectum habent ».

« 2^o. Peccat graviter qui sacramentalibus falsam materiam supponit, ut pro aqua lustrali facienda, urinam.

exam. 2, n. 25. — S. Thom., 8 P., qu. 87, art. 3, ad 1. — Lugo, de Poenit., disp. 9, sect. 4, n. 59. — Suar., in 3^o Part., qu. 87, art. 4, disp. 12, sect. 2. — Busenb., lib. 6, tr. 1, cap. 4, resp. 2. — Lib. 6, Part. 1, n. 221. — De Sacram. in genere, qu. 1, art. 8, num. 7 et 8. — 7 P., qu. 87, art. 3, ad 1.

Sacramentalia, quomodo operentur bona temporalia.

« 3^o. Sacramentalia quandoque operantur beneficia corporalia, v. gr. sanitatem, per modum impetrationis, ratione precum Ecclesiae. — Immo, quaedam etiam vim habere (v. gr. fugandi daemonem) per modum operis operati ex singulari privilegio, docent Henriquez¹, Sotus et alii. Quia, inquit, etiam ethnici, in quibus nec intercesserunt preces Ecclesiae nec meritum operantium, quandoque signo crucis (quod quidam etiam putant de nomine Jesu) a daemone liberati fuisse dicuntur: quod tamen alii eorum virtuti obiectivae vae quasi naturali, adscribunt. — De quo plura apud scholasticos. Vide Maeratum² ».

94. — Inter sacramentalia enumerantur agni Dei ex cera a Papa benedicti. — Super his notandum 1^o. Vetitum est sub excommunicatione^{a)} eos inaurare aut pingere; ut Azor apud Croix³. — Not. 2^o. Vendere eos carius, quia benedicti sunt,

1 Lib. 1, cap. 20, n. 2. — Sotus, in 4, dist. 1, qu. 6, art. 1, v. *Sunt deinceps.* — 2 De Poenit., disp. 10, sect. 1. — Azor, part. 1, lib. 9, cap. 9, qu. 2. — 3 Lib. 6, part. 1, n. 223. — Sanch., Decal., lib. 2, cap. 43, n. 29. — 4 Loc. cit., n. 224. — Sanch., loc. cit., num. 27, i. f. — Diana, part. 3, tr. 6,

94. — a) De hac excommunicatione nulla fit mentio in const. *Apostolicae Sedis.*

b) Diana, part. 3, tr. 6, resol. 12, opinionem istam utique affert; sed nullum de ea profert iudicium.

c) Azor videtur contradicere, ait Croix; at re vera, Azor, loc. cit., qu. 4, v. *Quaeres*, negat id per se esse vetitum, et ait prohibitum videri a Gregorio XIII; addit tamen Pontificem non prohibuisse quin vendantur ratione materiae « ad usus sacros, quibus sunt destinati ».

d) Gobat, tr. 3, n. 330 et 331, ita loquitur in universum de rebus quae chrismate delibatae

est injustitia et simonia. Licitum tamen est eos vendere secundum suam materiam; ut recte dicunt Sanchez, Diana^{b)}, et Croix⁴ cum communi, contra Azor^{c)}. — Not. 3^o. Quamvis Gobat^{d)}, etc., dicant esse veniale laicis eos tangere absque aliqua necessitate, probabile tamen est nullum esse peccatum, juxta usum nostrorum temporum; ut ajunt Sanchez, Diana et alii, apud Croix⁵.

Projicere canibus ossa agni, vel ova quae benedicuntur, putat Gretser esse illicitum; sed negandum cum Cajetano^{e)} et Croix⁶. — Sicut etiam licitum est uti aqua benedicta et candelis ad usum profanum^{f)}, ut Croix⁷ cum Tamburino, contra alios.

Missalia autem et biblia sacra^{g)}, sicut etiam sacrae imagines, non debent adhiberi ad usum profanum; secus vero dicendum de aliis chartis, ubi incidenter et accessorie inscribuntur nomina sacra. — Ita Croix⁸ cum Gobat.

resol. 12. — 5 Loc. cit., n. 225. — Gretser, de Benedictione, lib. 2, cap. 42, i. f., v. *Porro quod ossa.* — 6 Loc. cit., n. 227. — 7 Loc. cit. — Tambur., Method. celebr. Miss., lib. 1, cap. 2, § 3, a num. 3. — 8 Loc. cit., n. 228. — Gobat, tr. 3, num. 371, 374, 377 et seq.

Usus profanus rerum benedictarum.

vel librorum sacrarum.